Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



225

CAP.

deus sedem dauid patris sui: et regnabit i domo iacob in eternũ. et regni eius non erit finis. Dixit autem maria ad anglm. Quomodo fiet istud quoniam non cognosco. Et rndens anglus dixit ei. Spus sc̃us superueniet in te: et virtus altissimi obumbrabit ti. Idcoq; et qd̃ nascetur exte sanctum: vocabitur filius di. Et ecce elyzabech cognata tua: et ipa concepit filiũ in senectute sua. Et hic mensis e sextus illi que vocatur sterilis: qr nõ erit i possibile apud dm omne ũbum. Dixit autem maria. Ecce ancilla dñi: fiat mihi sdm ũbum tuũ. Et discessit ab illa angls. Exurgens aut maria i diebus illis: abut i montana cũ festinatõe i ciuitate iuda. et intrauit i domũ zacharie: et salutauit elyzabech. Et factũ e ut audiuit salutatõem marie elyzabech: exultauit infans in utero eius. Et repleta est spu sc̃o elyzabech: et exclamauit voce magna: et dixit. Benedicta tu inter mulieres: et benedictus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi ut veniat mat dñi ad me. Ecce enim ut facta e vox salutationis tue in auribus meis: exultauit infans i gaudio in utero meo. et beata que credidisti: quoniam perficentur ea que dicta sunt tibi a dno. Et ait maria. Magnificat aia mea dm. Et exultauit spus meus in deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancille sue. ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens e: et sanctum nomen eius. Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede: et exaltauit humiles. Esurientes implenit bonis: et diuites dimisit inanes. Suscepit israel puerum suum: recordatus misericordie suae. Sicut locutus e ad patres nros. abraham et semini eius in sa. Mansit aut maria cum illa quasi mensibus tribus: et reuersa e in domũ suam. Elyzabech autem impletum e tempus parendi: et peperit filium. Et audierunt vicini et cognati eius: qr magnificauit dns misericordiam suam cum illa: et congratulabantur ei. Et factum e in die octauo: venerunt circumcidere puerum: et vocabant eum nomine patris eius zachariam. Et rndens mater eius dixit. Nequaquam: sed vocabitur johes. Et dixerunt ad illam. Quia nemo e in cognatione tua: qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius: quem nellet vocari eum. At postulans pugillarem scripsit dicens. Johes e nomen eius. Et mirati sunt omnes. Apertum e autem os eius et lingua eius: et loquebatur benedicens dm. Et factus e timor super omnes vicinos eorum: et super ora montana iudee diuulgabantur ora ista hec. Et posuerunt omnes qui audierunt i corde suo dicentes. Quis putas puer iste erit. Etenim manus dñi erat cum illo. Et zacharias pater eius impletus e spu sc̃o: et prophetauit dicens. Benedictus dns deus israel: qr visitauit et fecit redemptionem plebi sue. Et erexit cornu salutis nobis in domo dauid pueri sui. Sicut locutus e per os sanctorum qui a sculo sunt prophetarum eius. Salutem ex inimicis nris: et de manu omnium qui oderunt nos. Ad faciendam misericordiam cum patribus nris: et memoratus testamenti sui sc̃i. Iusiurandi qd̃ iurauit ad abraham patrem nostrum datum se nobis. Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: seruiamus illi. In sanctitate et iustitia coram ipo: omnibus diebus nris. Et tu